Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

las vnde cum adorare me Quod cũ pri suo et fratribus
retulisset increpauit eũ pater et dixit Quid sibi
uult hoc somnium quod uidisti Nũq; ego et mater
tua et fratres tui adorabimus te super terram Inuide
bant ergo ei fratres sui: pater uero rem tacitus
considerabat Cumq; fratres illius in pascendis greg
ibus pris morarentur in sychem: dixit ad eum
israel Fratres tui pascunt oues in sychimis: uen
mittam te ad eos Quo respondente: presto sũ
ait Vade et uide si cuncta prospera sint erga
fratres tuos et pecora: et renuncia mihi quid agat
Missus de ualle hebron uenit in sychem Inueniq;
eum uiri errantem in agro: et interrogauit quid
quereret Ille respondit fratres meos quero in
dica mihi ubi pascant greges Dixitq; ei uir
Recesserunt de loco isto: audiui enim eos dicen
tes Eamus in dothaim precedit ergo ioseph post
fratres suos: et inuenit eos in dothaim Qui cum
uidissent eum procul antequam accederet ad eos
cogitauerunt eũ occidere et mutuo loquebant
Ecce somniator uenit Venite occidamus eũ
et mittamus in cisternam ueterem: dicemq;
fera pessima deuorauit eum: et tunc apparebit
quid illi prosint somnia sua Audiens autem
hoc ruben: nitebatur liberare eũ de manibus
eorum et dicebat Non interficiamus animam eius
nec effundamus sanguinem: sed proiicite eũ
in cisternam hanc que est in solitudine: ma
nusq; uiras seruate in uoluntate Hoc autem
dicebat uolens eum eripere de manibus eorum
et reddere pri suo Et Factum cum tribularet ela